



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Parthenius Ep. 7. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

98 VITÆ SANCTORUM. 7. Fe  
erant omnia aut argentea, ridiculos Deo  
pauperum prædam fecit. Hi cùm ulci  
non possent ipse sese, Lucinius & se, &  
illos ulturus, in crucem agit THEODO  
RUM, ferro transadigit. Inde pueris  
agmen sagittis suis scopum geminum,  
geminum Divi oculum accipit. Sed redi  
dit hos ocello suo Angelus, & è cruce  
exsolvit. Mox ad gladium damnatur.  
Hunc ubi forti jugulo excepit, rude Su  
peri donarunt. Ex Metaphr.

*Si dignum Dominus pati duxit, pati su  
um quomodo videtur indignum? Erramus  
erramus: qui non facit quod iussit Dom  
inus, gratis sperat, quod Dominus promisi*  
S. Pet. Chrys. serm. 28.

S. PARTHENIUS EP.  
7. Februarij.

**P**uer PARTHENIUS piscatum exer  
cuit, & lucrum pauperibus cessit. Sed  
neque pisator desit esse Sacerdos &  
Pontifex inauguratus, nisi quod prædam  
jam nobiliorem (animos) Deo transcri  
beret. Porro Stygi jam inde ab anno  
octavo decimo fuit metuendus. Et pro  
fectò vix alius fuit, qui sæpius orcum ex  
pugnavit; ut quocumque jam pedem  
suum ferre PARTHENIUM, inde re  
ferre suum malum dæmonem cerneret,  
etiam è sedibus, quas olim & multis in  
federat. Et forte eum ex homine nescio  
quo

7. Febr. VITÆ SANCTORUM. 99  
quo proscriptum ibat, cùm mitius aliquantum inferno exilium, porcorum corpora hic rogavit. Plus etiam indulxit PARTHENIUS, &c., si hoc modò cederet, hospitium alterum in homine ostensurum se appromisit. Ille verò in has leges lubens latusque migravit, fidemque mox pacti foederis exegit. Hic PARTHENIUS potestatem sui facturus, aperto oris ostio hospitem invitavit. Nec tulit modestiam superbus, abiit potius ad veteres lares patriaque regna, inferos. Jam verò edita vaticinia, excitæ lacrimis pluviae, messis in agro sterili, ovæ in deplorata jam vineâ, reddit i sedibus suis oculi, pulsi morbi, & reducti ad vitam mortui librum non pagellam in libro desiderant. Omnia tamen hæc vel oleo fecit sacro, vel aquâ, vel sale, ex quo si vel micam haberent hæretici, non equidem hæc riderent. Ex Surio.

Quando moriuntur virtutes, vivunt virtus: illa militant adversus militem Christi; istæ sunt Sathanæ cohortes, ista Diaboli legiones, ista sunt quæ Mundum sepulchris obfederunt; debellarunt populos, vastarunt gentes, orbem duxere captivum. S. Pet. Chrys. serm. 12.

G 2

S. M. A.